

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Hortvs Ciceronianvs sive Flores Apophthegmatum &
Historiarum e Scriptis Ciceronis in Vsum &
delectamentum Studiosae pubis excerpti**

Omeis, Magnus Daniel

Norimbergae, 1699

19. Ismael

urn:nbn:de:bsz:31-105410

monstrat. Domus Abrahami hospitium Angelorum fuit, qvi cum ipso, cum conjuge, cum ancilla sunt locuti. Huic ancillæ & ejus filio populus legis a divo Paulo comparatur.

19. ISMAEL.

Ismaël e serva filius Abrahami, cui hoc nomen Deus imposuit. Ad ultus cum insoleceret, hæreditate injuste quæsita excidit, & e domo patris divino permisso ejicitur: abundantia tamen bonorum fortunatumque non caruit. In deserto expositus a matre, plorans exauditur a Deo, & Angeli præsidio conservatur. Adolescentiam in montibus & sylvis Arabiae transigit, donec ex Ægypto uxorem duceret, e qua Principes duodecim generat: aliis robore & audacia formidabilis, ipse nullius metuens vires aut potentiam.

Ad

Ad patr
funus ej
Ab hoc
stea Chr
timi, S
glorian
adversa
deles M

20.

Abi
in Ger
hami,
rem e
liam
gnito
mora
ne si
reddi
mis,
Rex
prop
offen

Ad patris ecclesiam se adjungit , &
funus ejus unà cum fratre procurat.
Ab hoc Midianitæ & Arabes , & po-
stea Christiani nominis hostes acer-
rimi , Saraceni , ducere se prosapiam
gloriantur , & religionem Christianæ
adversam defendunt , discipuli cru-
deles Mahometi .

20. ABIMELECHVS Rex.

Abimelechus Rex Palæstinorum
in Geraris , primùm uxorem Abra-
hami , deinde Isaaci , utriusque soro-
rem esse arbitratus , in suam fami-
liam transtulit : sed errore suo co-
gnito , maritis sine infamia atque
mora , non tamen sine exprobratio-
ne simulationis & silentii noxii , eas
reddidit . Tempore difficillimo fa-
mis , hospes & nutritor ecclesiæ hic
Rex mansit ; & quia a servis suis
propter obrutos & ademtos fontes ,
offensi viri sancti erant , ne injuriam

c 6 vindic.